# COMMENTARIVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN CONVIVIVM PLATONIS DE AMORE. CAPITVLVM. i.

PLATO PHILOSOPhorum Pater annos unum ⁊ oc
tuaginta etatis natus, Sep
timo nouēbris die: quo ortus
fuerat diſcumbens ī conuiuio
remotis dapibus expirauit. Hoc autem cōuiui
um: quo ⁊ natalitia / ⁊ āniuerſaria Platonis
pariter ↄtinentur Priſci omnes platonici uſ
que ad Plotini / ⁊ Porphirii tempora quot ā
nis inſtaurabant. Poſt uero Porphirium mil
le ac ducentos annos ſolemnes / he dapes pre
termiſſe fuerunt. Tandem noſtris tempori
bus vir clariſſimus / Laurentius medices pla
tonicum cōuiuium innouaturus, Franciſcum
Bandinum Architriclinum ↄſtituit. Cum igi
tur ſeptimum nouembris diem colere Bandi
nus inſtituiſſet / regio apparatu In agro care
gio nouem platonicos accepit ↄuiuas. Anto
nium allium epiſcopum feſulanum. Ficinum
medicum Criſtoforum Landinū poetam. Ber
nardum Nutium rhetorem. Tommam Ben
cium. Johannem caualcantem familiarem no
ſtrum: quē ꝓpter uirtutem animi / ⁊ egregiā
indolem Heroem conuiue nuncupauerunt.
Marſupinos duos / criſtophorum carolumque
caroli poetae filios. Me denique nonum Ban
dinus eſſe uoluit, vt Marſilio Ficino ſuperi
oribus addito muſarum numerus impleretur.
Remotis dapibus Bernardus nutius Plato
nis accepit librum: qui ↄuiuium De amore in
ſcribitur: Legitque oēs ſympoſii huiꝰ oratio
nes: quibus lectis reliquos ↄuiuas orauit / ut
ſinguli ſingulas orationes exponerēt. Aſſen
ſere oēs / iactiſque ſortibus / Prima illa phe
dri oratio / Johanni caualcanti obtigit expo
nenda. Pauſanie oratio / Anthonio theolo
go / Eriximaci medici / ficino medico. Poete
ariſtophanis / Criſtophoro poete. Aghatonis
adoleſcētis / carolo marſupino: Tomme ben
cio data ē Socratis diſputatio / Alcybiadis
uero criſtophoro marſupino. Sortē huiuſmo
di ꝓbauere oēs. Sed epiſcopus ac medicus.
Alter ad animoꝝ Alter ad corpoꝝ curā abi
re coacti / partes indicendo ſuas Johanni ca
ualcanti reliquerunt. Ceteri ad hunc ↄuerſi
ſunt / paratique ad audiendū ↄticuere. Tum
Heros ille ī hunc modū eſt exorſus.

## Qua regula laudandus ſit amor quae ſit eius dignitas ⁊ magnitudo. Cap. ii.

Ratiſſima mihi optimi ↄuiuae ſors
iſta hodie obtigit: qua effectum eſt /
ut perſonam phedri mirrimiſii gere
rem, Phedri illius inquam: cuius familiarita
tem tanti fecit lyſias thebanus ſummus ora
tor. Ut oratione lugubrationibus multis cō
poſita / eum ſibi ↄciliare ↄtenderit: cuius ido
lem Socrates uſque adeo ad miratus eſt / ut
eius ſplendore quādoque iuxta iliſſum fluuiū
ↄcitus altiuſque ſublatus miſteria diuina ce
cinerit: qui antea non ſolum caeleſtium: ſed ī
feriorum quoque omnium ſe inſcium predica
uerat. Cuiꝰ ingenio adeo delectatus eſt pla
to: vt primitias ſtudiorum ſuorum phedro di
cauerit. Ad hunc epygrammata / ad hunc ele
gie Platonis. Ad hunc primus eius de pulcri
tudine liber / qui phedrꝰ inſcribitur. Cum igi
tur huius phedri me ſimilem, non ego quidem
non enim tantum mihi arrogo. Sed ſortis ca
ſus primo / ⁊ ueſter deinde applauſus iudica
uerit. His felicibus auſpiciis eius in primis
orationē libenter interpetrabor. Deinde an
tonii ⁊ ficini partes pro ingenii uiribus exe
quar. Tria in omni re viri optimi philoſophuſ
quiſque platonis imitator ↄſiderat: que ante
cedunt / quae comitātur / ⁊ que ſecūtur. Hec
ſi bona ſint / rem ipſam laudat ſin mala uitu
perat: Ea igitur perfecta laudatio eſt: quae
precedentem rei recenſet originem. Preſen
tem formā narrat. Sequentes oſtendit euen
tus. Ab ātecedētibus res quaeque laudatur /
vt nobilis / a preſentibꝰ / ut magna / a ſequēti
bus ut utilis: Quare ex tribꝰ illis tria hec ī
laudibꝰ ↄcludūtur. Nobilitas / magnitudo /
atque utilitas: Ideo phedrus noſter ī primis
preſentē amoris excellentiam contemplatus
Magnum deum uocauit adiunxit. Diis homi
nibuſque mirandum. Nec iniuria. Nam ea ꝓ

Phedrus
Lisias thebanus
Socrates
Plato
Tria a philosopho consideranda
Perfecta laudatio

47585

iſiros:gendos qui & chryſorboas. Promontorium in quo megarice oppidũ fuit. Inde cruſpedites ſinus uocabatur:quoniam id oppidum uelut ĩ lacinia erat. Fuit & aſtacũ: unde & ex eo aſtacenus idem ſinus. Fuit & libyſſa oppidum:ubi nunc Annibalis tãtũ tumulus:& ĩ intimo ſinu nicomedia bithyniæ præclara. Leucatas promõtorium:quo includitur aſtacenus ſinus a nycomedia.xlii.M.quingentis paſſibus. Rurſus coeũtibus terris anguſtiæ pertinentes uſq; ad boſphorum thracium. In iis galeadon libera a nycomedia.lxxii.quingentorum proceraſtis ante dicta:deinde compuſa. Poſtea græcorum oppidum quod locum eligere neſciſſent : ſeptem ſtadiis diſtans a byzeantio tanto fœliciore omnibus modis ſede. De cætero intus in bithynia colonia apamena: agrippenſes: iuliopolitæ:bithyniotæ. Flumina ſyriũ:lapſias:pharmicas:alces:crynis: lyleus:ſcopius:hieras qui bithyniam & galathiã diſterminat. Vltra calchadona:deĩde chryſopolis fuit:deĩde nicopolis:a qua nomen etiamnũ ſinus retinet. In quo portus amyci.deinde naulocium:promontorium eſtiæ:templum Neptunni.Boſphorus qngentorum paſſuum interuallo aſiam europæ iterum auferens.abeſt a calchadone.xii. .M.d.paſſuum. Inde fauces primæ.viii.M.cc.l.paſſuũ:ubi ſpiropholis oppidũ fuit. Tenent orã õem thyni:interiora bithyni. Finis aſiæ ẽ:populoꝝq;.cc lxxxii.M.q ad eũ locum a fine lyciæ numerantur. Spatium helleſponti & propontidis ad boſphorum thracium.clxxxviii.M.p.diximus. A calchadone ſigæum. Iſidorus.ccc.xii.M.d.paſſ. Inſulæ in propontide ante cyzicum elaphoneſus : unde cizicenum marmor : eadem neuris & proconneſus dicta. Sequuntur ophiuſa : cania: plebe: zeopelos : porphyrione:halone cum oppido dephace:polydora: utarceon cum oppido. Eſt & contra nicomediam demonneſos. Item ultra heracleam aduerſa bithyniæ ethynias : quam barbari bithyniã uocent. Eſt & antiochiæ & cõtra fauces rhyndaci beſbicos .xviii.M. paſ.circuitu. Eſt & elea:& duæ rhodiæ: aſſoe:crebintos:magale:chalcitis:pythiodes.

# CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .VI.

## PRAEFATIO.

PONTVS EVXINVS ANTEA AB INhoſpitali feritate axenos appellatus eſt:peculiari ĩuidia naturæ ſine ullo fine indulgentis auiditati maris. Et ipſe in europã aſiamq; funditur. Non fuerat ſatis oceano ambiſſe terras : et ꝑtem earũ aucta inanitate abſtuliſſe. Non irrupiſſe fractis montibus calpeque africæ auulſa multo maiora abſorbuiſſe q̃ reliquerit ſpatia. Nõ ꝑ helleſpõtũ ꝓpontida infudiſſe : iterum terris deuoratis. A boſphoro quoque in aliã uaſtitatem pãdit̃ nulla ſatietate:donec expatiãti lacus a mæoti rapinam ſibi iungant. Inuitis hoc accidiſſe terris indicio ſũt tót ãguſtiæ: atq; tã parua naturæ repugnãtis interualla : ad helleſpõtũ octĩgẽtoꝝ .xxv.M.p. ad boſphoros duos:uel bubus meabili tranſitu. Vnde nomen ambobus.: & tanquam in diſſotiatione germanitas concors. Alitum quippe cantus : canumque latratus inuicem audiuntur. Vocis etiam humanæ commercia inter duos orbes manente colloquio:niſi cum id ipſum auferunt uenti. Menſuram ponti a boſphoro ad mæotium lacum quidam fecere.xiiii.xxxviii.M.d.paſſuum. Eratoſthenes .c. minorem. Agrippa a calchadone ad phaſin.x.M. Inde boſphorum cimerium .ccc.lx. M. Nos interualla generatim ponimus comperta in noſtro æuo : quando etiam in ipſo ore cimmerio pugnatum eſt. Ergo a faucibus boſphori eſt amnis rhebas : quem aliq

Dædalus. Hippagũ ſalaminii. Aut ut Pericles: atheniẽſes. Tectas lõgas taſii. Antea ex ꝓra tãtũ & puppi pugnabatꝰ. Roſtra addidit Piſeus. Tyrrheni ãchorã. Eupalamius eãdẽ bidentẽ. Anacharſis harpagonas. Et manus Pericles atheniẽſis. Amminicula gubernãdi Typhis. Claſſe prĩceps depugnauit Minos. Aĩal occidit prĩus Hyperbius Martis filius. Prometheus bouẽ.

In quo primus gentium cõſenſus. Cap. Lvii.

GEntiũ conſenſus tacitus primus oĩũ conſpirauit ut ionũ lr̃is uterentꝰ.

DE Litteris antiquis. Cap. Lviii.

VEteres græcas fuiſſe eaſdem pene quæ nũc latiæ ĩdicio erit delphica tabula ãtiq æris quæ eſt hodie in palatio dono principum Mineruæ dicata in bibliotheca cũ inſcriptione tali. ναυσικράτησ τισαμένου ἀθηναῖοσ ἀνέθηκεν.

Quando primum tonſores romæ. Cap. Lix.

SEquẽs gẽtiũ cõſẽſus in tõſoribus fuit: ſed romãis tardior. In italiã ex ſicilia uenere: poſt romã conditã ãno quadringenteſĩo quinq̃geſimoquarto : adducẽte .P. Ticinio Mena: ut auctor eſt Varro. ante ĩtonſi fuere. Primus oĩũ radi quotidie inſtituit Africanus. Sequens diuus Auguſtus cultris ſemper uſus eſt.

Quando primum horologia. Cap. Lx.

TErtius conſenſus fuit in horaꝝ obſeruatione iam hac rõne accedens. Quando & a quo in græcia repertæ diximus in ſecundo uolumine. Serius etiã hoc romæ contigit. Duodecim tabulis ortus tantum & occaſus nominatur. Poſt aliquot annos adiectus eſt & meridies accenſo conſulum id pronunciante cum Curio inter roſtra & argeorum theſin proſpexiſſet talem ſolem. A columna ænea ad carcerẽ inclinato ſydere ſupremam pronunciauit. Sed hoc ſerenis tantum diebus uſque ad primum punicum bellum. Princeps romanis ſolarium horologium ſtatuiſſe ante .xii. annos q̃ cum Pyrrho bellatum eſt ad ædem Quirini. L. Papyrius Curſor cum eadẽ dedicaret a patre ſuo uotam a Fabio Veſtali ꝓditur. Sed neq; facti horologii rõnẽ uel artificis ſignificat: nec unde tranſlatum eſt: aut apud quem ſcriptum id inuenerit. M. Varro primum ſtatutum in publico ſecundum roſtra ĩ columna tradit bello punico primo a. M. Valerio Meſſalla conſule catina capta ĩ ſicilia. Deportatum inde poſt .xxx. ãnos q̃ de papyriano horologio traditꝰ: anno urbis quadrĩgẽteſĩo ſeptuageſĩoſeptĩo. Nec cõgruebãt ad horas eius lineæ. Paruerũt tamẽ ei ãnis ũdecentũ: dõec. Q. Martius Philippus q cũ. L. Paulo fuit cenſor diligentius ordinatũ iuxta poſuit. Idq; munus ĩter cenſoria opa gratiſſĩe eſt acceptum. Etiamnum tamen nubilo ĩcertæ fuere horæ uſq; ad ꝓximũ luſtrũ. Tũc Scipio Naſica collega Lenati prĩus aq̃ diuiſit horas æque noctiũ ac dieꝝ. Idq; horologiũ ſub tecto dicauit: ãno urbis .d.lxxxxv. tã diu po. ro. indiſcreta lux fuit. Nũc reuertamur ad reliqua aĩalia: primũq; terreſtria.

# CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. VIII.

DE Aĩalibus terreſtribus. Elephantoꝝ commendatio: & de ſenſu eoꝝ. Ca. i.

AD RELIQVA TRANSEAMVS ANIMALIA: & primum terreſtria. Maximum eſt elephas: proximũq; humanis ſẽſibus. Quippe ĩtellectus illis ſermõis patrii. Et in primis obediẽtia. officioꝝq; quæ didicere: memoria. Amoris & gloriæ uoluptas. Immo uero quæ etiam in hoĩe rara ꝓbitas: prudentia: æquitas. Religio quoq; ſyderũ ſoliſq; ac lunæ ueneratio. Auctores ſunt: ĩ mauritaniæ ſaltibus ad quendam amnem cui nomen eſt anulo niteſcente luna noua greges eorũ deſcẽdere: ibique ſe purificantes ſolenniter aqua circunſpergi:

alii euptalõ:alii cephalõ Alexãdri uocãt. Et hic frutex ẽ ramoſus:craſſiore ac molliore
q̄ laurus folio.ex cuius guſtatu accẽdat᷑ os : thuris baccis e nigro ruffis. Notatũ ãtiq;
nullũ genus lauri in corſica fuiſſe.quod nũc ſatũ & ibi ꝓuenit. Ipſa pacifera: ut quã
prætẽdi etiã ĩter armatos hoſtes:qetis ſit ĩdiciũ. Romanis præcipue læticiæ uictoria-
rũq; nũcia. Addit᷑ lr̃is:& militũ lãceis:piliſq;.faſces ĩpatoꝝ decorat. Ex iis in gremio
Iouis optimi maximi deponit᷑:quotiens læticiã uictoria nouã attulit. Idq; nõ qa ꝑ-
petuo uiret:nec qa pacifera ẽ:præferenda utiq; myrto & oleæ ẽ : ſed qa ſpectatiſſima
ĩ mõte parnaſo. Ideoq; etiã grata Apollini: aſſuetis eo dona mittere iã & regibus ro-
manis:teſte. L.Bruto.Fortaſſis etiã ĩ argumẽtũ:quoniã ibi libertatẽ publicã is meruiſ-
ſet : lauriferã tellurẽ illã oſculatus ex reſpõſo. Et qa manu ſataꝝ receptaꝝq; ĩ domos
fulmine ſola nõ icit᷑. Ob has cãs eqdẽ crediderĩ honorẽ eis hĩtũ in triũphis potius: q̄
qa ſuffimẽtũ ſit cædis hoſtiũ & purgatio:ut tradit Maſſurius. Adeoq; ĩ ꝓfanis uſi-
bus pollui laurũ & oleã fas non ẽ:ut ne ꝓpitiãdis qdẽ numinibus accẽdi ex iis altaria
aræue debeãt. Laurus qdẽ manifeſto abdicat ignes crepitu:& q̄dã deteſtatione : inte-
raneoꝝ etiã uitia & neruoꝝ ligno torquente. Tiberiũ prĩcipẽ tonante cælo coronari
ea ſolitũ ferũt cõtra fulminũ metus. Sed & circa diuũ Auguſtum euenta eius digna
memoratu. Nãq; Liuiæ Druſillæ:quæ poſtea Auguſta mr̃imonii nomẽ accepit:cum
pacta eſſet illi Cæſari:gallinã conſpicui cãdoris ſedenti aqla ex alto abiecit in gremiũ
illæſã. Intrepideq; mirãti acceſſit miraculũ:quoniã tenẽtẽ roſtro laureũ ramũ honu-
ſtũ ſuis baccis. Cõſeruari alitẽ & ſobolẽ iuſſere aruſpices:ramũq; eũ ſeri ac rite cuſto-
diri. Quodq; factũ ẽ ĩ uilla Cæſaꝝ fluuio Tiberii ĩpoſita:iuxta nonũ lapidẽ flaminia
uia : quæ ob id uocat᷑ ad gallinas . mireq; ſilua ꝓuenit. Ex ea triũphãs poſtea Cæſar
lauꝝ ĩ manu tenuit:coronãq; ĩ capite geſſit. Ac deĩde ĩpatores Cæſares cũcti. Tradi-
tuſq; mos ẽ ramos quos tenuerunt:ſerẽdi. Et durãt ſiluæ noĩbus ſuis diſcretæ. For-
taſſis ideo mutatis triũphalibus. Vnius arborũ latĩa lĩgua nomẽ ĩponit᷑ uiris. Vnius
folia diſtĩguũt᷑ appellatiõe.laureã.n.uocãus. Durat & ĩ urbe ĩpoſitũ loco:q̄do laure-
tũ ĩ auẽtino uocat᷑:ubi ſilua lauri fuit. Eadẽ purificationibus adhibet᷑. Teſtatũq; ſit
obiter & ramo eam ſeri:quoniam dubitauere Democritus & Theophraſtus. Nunc
dicemus ſilueſtrium naturas.

## CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER SEXTVS DECIMVS. PROOEMIVM.

### Silueſtriũ arboꝝ naturæ. Cap.i.

POMIFERAE ARBORES:QVAEQVE MI-
tioribus ſuccis uoluptatẽ primæ cibis attulerunt:
& neceſſario alimẽto delicias ĩmiſcere docuerũt.
Siue illæ ultro ſiue ab hoĩe didicere blãdos ſapo-
res adoptiõe & cõnubio:idq; munus etiã feris uo-
lucribuſq; dedĩus ĩtra prædictas cõſtãt. Prĩũ erat
narrare glãdiferas quoq;: quæ prĩo uictũ morta-
liũ alueꝝt nutrices ĩopis ac feræ ſortis:ni præuerti
cogeret admiratio uſu cõpta : quænã q̄liſq; eſſet
uita ſĩe arbore ulla ſĩe frutice uiuẽtiũ.

### Gẽtes ſine arbore:& miracula ĩ ſeptẽtrionalis regionis arboribus. Cap.ii.

DIxĩus & ĩ oriẽte qdẽ iuxta oceanũ cõplures ea neceſſitate gentes. Sũt uero & in
ſeptẽtriõe uiſæ nobis caucoꝝ : q maiores mĩoreſq; appellant᷑. Vaſto ibi meatu
ꝑpetuis bis dierum noctiũq; ſingulaꝝ interuallis effuſus ĩ immenſum agit᷑ oceanus

IN HORTIS SERI ET CORONAMENta iuſſit Cato inenarrabili florum maxime ſubtilitate: quando nulli poteſt facilius eſſe loqui q̃ rerum naturæ pingere: laſciuienti præſertim & in magno gaudio fertilitatis tã uarie ludẽti. Quippe reliqua uſus alimenti gratia genuit. Ideoque ſæcula annoſq; tribuit iis. Flores uero odoreſq; de die in diem gignit. Magna ut palã eſt admonitione hominum: quæ ſpectatiſſime floreant: celerrime marceſcere. Sed ne pictura qdẽ ſufficiente imagini colorum reddendæ: mixturarumq; uarietati: ſiue alterni atque multiplices inter ſe nectantur: ſiue priuatis generum funiculis in orbem: in obliquum: in ambitum: quædam coronæ per coronas currũt.

DE Strophiolo ſerto: & qui primum flores miſcere cœperint: & quando primum corolla inuenta: uel appellata: & quare. Ca. ii.

TEnuioribus utebantur antiqui: ſtrophia appellantes: ũde nata ſtrophiola. Quĩ & uocabulum ipſum tarde inde cõmunicatum eſt: inter ſacra tantum & bellicos honores coronis ſuum nomen uindicantibus. Cum uero a floribus fierent ſerta: a ſerendo ſeruiæ appellabant̃. Quod apud græcos quoq; non adeo antiqtus placuit. Arborum enim ramis coronari in ſacris certaminibus mos erat primum. Poſtea uariari cœptum mixtura uerſicolores. Florumq; inuicem odores coloreſq; accendere. Sycion ex ĩgenio Pauſiani pictoris atq; Glyceræ coronariæ dilectæ admodum illi cũ opera eius pictura imitaretur: adinuenit: & illa prouocans uariaret: eſſetq; certamen artis ac naturæ. quales etiã nunc extant artificis illius tabellæ: atq; in primis appellata ſtephanoplocos qua pinxit ipſam. Idq; factum eſt poſt olympiadem centeſimam. Sic coronis e floribus receptis paulo mox ſubiere quæ uocantur ægyptiæ. Ac deinde hybernæ: tum cum terra flores negat: ramento e cornibus tincto. Paulatimq; & romæ ſubrepſit appellatio corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollariis: poſtq̃ e lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur.

Quis primum coronam foliis aureis: & argenteis dedit: & de honore coronarum apud antiquos: & de Scipionis honore: & de pactilibus coronis: & Cleopatræ reginæ facta. Capitulum. iii.

CRaſſus diues primus argento auroq; folia imitatus ludis ſuis coronas dedit. Acceſſerunt quoq; & lenniſci: quos adiici ipſarũ coronarum honos erat ꝓpter etruſcas quibus iungi niſi aurei non debebant. Puri diu fuere ii. Celare eos primus inſtituit. P. Claudius Pulcher. Bracteaſq; etiam phyliræ dedit. Semper tamen auctoritas uel ludicro quæſitarum fuit. Nanq; ad certamina in circum per ludos & ipſi deſcendebant. Et ſeruos ſuos quoſq; mittebant. Inde illa .xii. tabularum lex. Qui coronam parit ipſe pecuniaue eius. Virtutis ergo arguitur: quã ſerui eque meruiſſẽt. pecuniam partam lege dici: nemo dubitauit. Quis ergo honos: ut ipſi mortuo: parẽtibuſq; eius dum intus poſitus eſſet: foriſue ferretur: ſine fraude eſſet impoſita. Alias in uſu promiſcuo ne ludicræ quidem erant. Ingenſq; & iis ſeueritas. L. Fuluius argentarius bello punico ſecundo cum corona roſacea interdiu e pergula ſua ĩ forum proſpexiſſe dictus: ex auctoritate ſenatus in carcerem adductus: non ante finem belli emiſſus eſt. P. Mutianus cum demptam Marſyæ coronã e floribus capiti ſuo impoſuiſſet: atq; ob id duci eũ in uincula triumuiri iuſſiſſent: appellauit trib. ple. nec ĩterceſſere illi aliter q̃ athenis: ubi comeſabundi iuuenes ante meridiem cõuẽtus ſapiẽtiũ

# CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VICESIMVSSECVNDVS. PROHOEMIVM.

COMPLESSE POTERANT MIRACVlū ſui natura: atq; tellus: reputantium uel prioris tantum uoluminis dotes: totq; genera herbarum utilitatibus hominum aut uoluptatibus genita. Sed quāto plura reſtant: tāto quoq; mirabiliora inuentu. Illa enim maiore parte cibi: aut odoris: decoriſue commendatione ad numeroſa expimēta duxit. Reliquorū potētia approbat nihil ab rerum natura ſine aliqua occultiore cauſa gigni.

## DE Gentibus herbis formæ gratia utentibus. Capitulum primum.

EQuidem et formæ gratia rituſq; perpetui ī corporibus ſuis aliquas exterarum gentiū uti herbis quibuſdam aduerto aīo. Illinūt certe aliis aliæ faciem in populis barbarorum fœminæ. Mareſq; etiam apud dacos & ſarmatas corpora ſua inſcribunt. Simile plantagini glaſtum in gallia uocatur. Britānorum coniuges nuruſque toto corpore oblitæ quibuſdam in ſacris nudæ incedūt: æthiopum colorem imitantes.

## Quod herbis ueſtes inficiant̃. Cap. ii.

IAm uero īfici ueſtes ſcimus ammirabili ſucco. Atq; ut ſileamus galatiæ: africæ: luſitaniæ granis coccū īpatoriis dicatum paludamētis: tranſalpina gallia herbis tyrium atq; conchylium tingit: omniſq; alios colores. nec quærit in ꝓfundis murices: ſeſeq; obiicientes dum præripiunt eſcam bæluis marinis: intacta etiam āchoris ſcrutatur uada: ut inueniat per quod facilius matrona adultero placeat: corruptor inſidietur nuptæ. ſtans et in ſicco carpit quo frugi mōdos exculpat uſu alioquin fulgētis. Inſtrui poterat luxuria certe innocentius. Nunc propoſitum iſta conſectari. nec omittemus: ut ſubiiciendo utiliora luxuriam uilitate circūſcribamus dicturi & alias herbis tingi lapides parieteſq;. Nec tingendi: nec pingendi tamen rōem omiſiſſemus: ſi unq̄ ea liberalium artium fuiſſet. Interim fortius augetur auctoritas: quæ quanta debeat etiam ſurdis: hoc eſt ignobilibus herbis ꝓhibebitur. Siquidem auctores impii romani conditoreſq; immenſum quiddam & hinc ſumpſere: quoniam non aliunde ſagmina in remediis publicis fuere: et in ſacris legationibus: q̄ uerbenæ. certe utroque nomine idem ſignificatur: hoc eſt gramen ex arce cum ſua terra euulſum. Hac ſemp et legati cum ad hoſtes clarigatumq; mitterentur uſi: id eſt res raptas clare repetitum: unus utiq; Verbenarius uocabatur.

## DE Corona graminea. Ca. iii.

COrona quidem nulla fuit graminea nobilior ī maieſtate populi terraꝝ prīcipis premiiſque gloriæ. Gemmatæ: et aureæ: uallares: murales: roſtratæ: ciuicæ: triūphales poſt hanc fuere. Sūtq; cunctæ magno interuallo: magnaq; differētia. Cæteras omnes ſinguli et duces ipſi imperatoreſq; militibus: aut aliquando collegis dedere.

## DE Raritate eius. Capitulum. iiii.

DEcreuit in triumphis ſenatus cura belli ſolutus et populus ocioſus gramineam nunq̄: niſi in ſuprema deſperatione. Contigitq; nulli niſi ab uniuerſo exercitu ſeruato ſeruatori decreta. Cæteras imperatores dedere. Hanc ſolam miles imperatori. Eadē uocat̃ obſidionalis: liberatis obſidione abominādoq; exitio totis caſtris. Quod ſi ciuicæ honos uno aliquo ac uel humillimo ciue ſeruato præclarus ſacerq; habetur: quid tandem exiſtimari debet unius uirtute ſeruatus uniuerſus exercitus? Dabat̃ hæc uiridi e gramine decerpto inde: ubi obſeſſos ſeruaſſet aliquis. Nanq; ſummum apud ātiquos ſignum uictoriæ erat: herbam porrigere uictos: hoc eſt terra et altrice ipſa humo et humatione etiam cedere. Quem morem etiā nunc durare apud germanos ſcio.

# CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VICESIMVSQVINTVS. PROOEMIVM.

Natura herbarum ſpōte naſcētium. Ca.i.

IPSA QVAE NVNC DICETVR HERbarum claritas: medicinæ tantum gratia gignēte eas tellure in admirationem curæ priſcorū diligētiæq; animū agit. Nihil ergo intentatū inexptūq; illis fuit. Nihil deinde occultatū quod nō ꝓdeſſe poſteris uellent. At nos elaborata iis abſcondere ac ſupprimere cupimus: & fraudare uitam etiam alienis bonis. Ita certe recondunt: qui pauca aliq̄ nouere: inuidentes aliis: & neminem docere in auctoritatem ſcientiæ eſt. tantum ab excogitādis nouis ac adiuuanda uita mores abſunt. Sūmūq; opus ingeniorum diu in hoc fuit: ut intra unumquenq; recte facta ueterum perirent. At hercule ſingula quoſdam inuenta deorum numero addidere: omniumque uitam clariorem fecere cognominibus herbarum tam benigne gratiā memoria referente. Nō æq; hæc cura eorum mira eſſet in iis: quæ ſatu blandiuntur aut cibo inuitāt: ſed culmina quoq; montiū inuia & ſolitudines abditas omniſq; terræ fibras ſcrutati iuenere: quid quæq; radix polleret: ad quos uſus herbaꝝ folia ptinerent: etiam quadrupedum pabulo intacta ad ſalutis uſus uertentes.

Qui latine uſus herbarum ſcripſerint: & quādo ad romanos notitia eaꝝ ꝑuenerit: & qui primi græcorum de his compoſuerint: & de herbarum inuentione: & antiqua medicina: & quare minus exerceantur earum remedia: et de cynorhodo: & de dracūculo medicinæ. Capitulum ſecundum.

m MInus hoc q̄ par erat: noſtri celebrauere omnium utilitatū & uirtutū rapaciſſimi. Primuſque & diu ſolus idem ille. M. Cato omnium bonarum artium magiſter paucis dūtaxat attigit. Boum etiam medicamina nō omiſſa. Poſt eum unus illuſtriū tentauit. C. Valgius eruditione ſpectatus: imperfecto uolumine ad Diuū Auguſtū: inchoata etiam præfatione religioſa: ut omnibus malis humanis illius potiſſimū prīcipis ſemper medicetur maieſtas. Ante condiderat ſolus apud nos: quod eq̄dē inueni: Pompeius Leneus Magni Pompeii libertus: quo primum tempore hanc ſciētiam ad noſtros perueniſſe animaduerto. Nāq; Mithridates maximus ſua ætate regum: quem debellauit Pompeius: omnium ante ſe genitoꝝ diligentiſſimus uitæ fuiſſe argumentis præterq̄ fama ītelligitur. Vni ei excogitatum quotidie uenenum bibere: præſūptis remediis: ut conſuetudine ipſa innoxiū fieret. Prima inuenta genera ātidoti: ex q̄bus unum etiam nomen eius retinet. Illius inuentum autumant manatum ponticorum miſcere antidotis: quoniam ueneno uiuerent. Ad illum Aſclepiadis medēdi arte clari: uolumina compoſita extant: cum ſollicitatus ex urbe roma præcepta pro ſe mitteret. Illum ſolum mortalium Mithridatē. xxii. linguis locutum certum eſt. Nec de ſubiectis gentibus ullum hominem per interpretem appellatum ab eo annis. lvi. quibus regnauit. Is ergo in reliqua ingenii magnitudine medicinæ peculiariter curioſus ab hominibus ſubiectis: qui fuere pars magna terrarum ſigula exquirens: ſcriniū cōmētationum harum & exemplaria effectuſq; in archanis ſuis reliquit. Pompeius autem omni regia præda potitus: tranſferre ea ſermone noſtro libertum ſuum Leneū grammaticæ artis doctiſſimum iuſſit. Vitæque ita profuit nō minus q̄ reipublicæ uictoria illa. Præter hos græci auctores medicinæ ꝓdidere: quos ſuis locis diximus. Ex iis Crateias: Dionyſius: Metrodorus ratiōe blandiſſia: ſed q̄ nihil pene aliud q̄ rei difficultas

Centaurium nõ ultra duodecĩ. Peucedanũ & ariſtolochia ac uitis ſiluſtris ãno ĩ ũbra ſeruãt. Et animaliũ qdẽ cæteroꝝ nullũ aliud radices a nobis dictas attingit: excepta ſpõdile: quæ ões ꝑſeqt. Genus id ſerpẽtis eſt. Ne illud qdẽ dubitat: omniũ radicũ uim effectuſq; minui: ſi fructus prius matureſcãt. Item ſeminum ãte radice propter ſuccum inciſa. Reſoluit aũt omniũ uis conſuetudĩe. Et deſinunt ꝓdeſſe cum opus ẽ: quæ quotidie ĩ uſu fuere: æque q̃ nocere. Omnes uero herbæ uehemẽtiores effectu uiribuſq; ſunt in frigidis locis & in aqlonis. Item ſiccis. Sũt & gẽtiũ differentiæ nõ mediocres. Sicut accepimus de tineis lõbriciſq; ĩeſſe ægypti arabiæ ſyriæ ciliciæ populis. E diuerſo græciæ phrygiæ omnino nõ naſci. Minus id miꝝ q̃ q in cõfinio atticæ boetiæq; thebanis ĩnaſcũt: cum abſit atheniẽſibus. Quæ cõtemplatio aufert nos ad ipſorum animaliũ naturas. Ingenitaſq; iis uel certiores morboꝝ omnium medicinas rurſus. Enimuero rerum omnium parẽs nullum animal ad hoc tantum ut paſceret: aut alia ſatiaret: naſci uoluit. Quin artes ſalutares inſeruit & uiſceribus. Quippe cũ ſurdis etiam rebus inſeruerit. Tum uero illa animæ auxilia præſtantiſſima ex anima alia eſſe uoluit contemplatione ante cuncta mirabili.

## CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VICESIMVS OCTAVVS. PROOEMIVM.

### DE Medicinis ex animalibus. Cap. i.

MICTAE ERANT OMNIVM RERVM naturæ inter cælũ ac terram naſcentiũ. reſtabãtq; quæ ex ipſa tellure fodiũtur: ſi nõ herbaꝝ ac fruticum tractata remedia auferrent tranuerſos: ex ipſis animalibus quæ ſanant reperta maiore medicĩa. Qui ergo diximus herbas et floꝝ imagĩes: ac pleraq; inuentu rara ac difficilia: iidem tacebimus: qd in ipſo hoĩe ꝓſit homini: cæteraq; gñа remediorũ ĩter nos uiuentia: cum præſertim niſi carenti doloribus morbiſq;: uita ipſa pœna fiat. Minime uero. Quĩ omnẽ ĩſumemus operã: licet faſtidii ꝑiculũ urgeat: quãdo ita decretũ ẽ minorẽ gratiæ q̃ utilitatũ uitæ reſpectũ hr̃e. Quinimo externa quoq; et barbaros etiam ritus ĩdagabimus. Fides tantũ auctores appellet. quãq̃ et ipſi cõſenſu ꝓprii iudicii ita eligere laborauimus. potiuſq; curæ rerum: q̃ copiæ inſtitimus. Illud ãmonuiſſe perq̃neceſſariũ eſt: dictas iã a nobis naturas animaliũ: et quæ cuiuſq; eſſẽt inuenta. Neq; enĩ minus profuere medicinas reꝑiendo: q̃ ꝓſunt præbẽdo. Nũc quæ in ipſis auxiliẽt ĩdicari: neq; illic in totũ omiſſa. Itaq; hæc eſſe quædã alia: illis tamẽ cõnexa. Incipiemus aũt ab homine: ipſũ ſibi exqrẽtes: ĩmenſa ſtatĩ difficultate obuia. Sãguinẽ nãq; gladiatoꝝ bibũt: ut bibẽtibus populis ꝓcul ſit comitiales morbi. Quod ſpectare facientes eadẽ harena feras quoq; horror eſt. At hercule illi ex homine ipſo ſorberi efficaciſſimum putant calidum: ſpirãtẽq;: & una ipſã animã ex oſculo uulnerũ. cum plagis hoc. Omniũ feraꝝ qdem animo feriore fas ſit dixiſſe: humano. Alii medullas crurũ quærunt: et cerebrum infãtium. Nec pauci apud græcos ſingulorum uiſcerũ mẽbrorumq; etiã ſapores dixere. Omnia ꝑſecuti uſq; ad reſegmina unguium. Quaſi uero ſanitas uideri poſſit ferã ex hoĩe fieri. Quin morbo dignũ nõ ipſa medicĩæ gr̃a. Egregia hercle fruſtratiõe ſi nõ ꝓſit. Aſpici humana exta nefas habetur: quãtomagis mãdi? Quis iſta ĩuenit oſtẽta? Tecũ. n. res erit euerſor iuris humani: mõſtrorũq; artifex: q primus ea cõdidiſti. Feciſti credo ne uita tui obliuiſceret. Quis ĩuenit ſingula

Medicinæ ex aquatilibus: Aquarum mirabilia. Cap.i.

AQVATILIVM SEQVVNTVR IN MEdicina beneficia: opifice natura ne ĩ illis q̃dē ceſſāte et ꝑ ūdas fluctuſq; ac reciprocos æſtus amniūq; rapidos curſus ĩprobas exerēte uires. Nuſq̃ potētia maiore ſi ueꝝ fateri uolumus. Quippe hoc elementū cæteris omnibus imperat. Terras deuorant aquæ. Flammas necant. Scandunt in ſublime: & cælū quoq; ſibi uendicant. Ac nubiū obtentu uitalem ſpiritum ſtrāgulāt. Quæ cauſa fulmĩa edidit: ipſo ſecum diſcordante mundo. Quid eſſe mirabilius poteſt aq̃s ĩ cælo ſtantibus? At illæ ceu parū ſit in tātam ꝑuenire altitudinē: rapiunt eo ſecum piſcium examina. Sæpe etiam lapides ſubuehunt portantes aliena pondera. Eædem cadentes omnium terra naſcentium cauſa fiunt: prorſus mirabili natura. Siquis uelit reputare ut fruges gignantur arbores fruticeſq; uiuant in cælum migrare aquas animamq; etiam herbis uitalem inde deferre uicta confeſſione. omnis quoq; terræ uires aquarū eſſe beneficii. Qua propter ante omnia ipſarum potentiæ exempla ponemus. Cunctas enim quis mortalium enumerare queat?

DE Differentia aquarum medicinis: & obſeruatioĩbus. cc. lxvi. Cap.ii.

EMicāt benigne paſſimq; in plurimis terris alibi frigidæ: alibi calidæ: alibi iūctæ ſicut in trebellis aq̃tanica gente. Exin in pyreneis montibus tenui interuallo diſcernente. Alibi tepidæ gelidæq; auxilia morboꝝ conferentes. Et e cūctis animaliū hominum tantum cauſa erumpentes. Augent numerum deorum numinibus uariis urbeſq; condunt. ſicut puteolos in campania: ſtatielas in liguria: ſeſtias in narbonēſi ꝓuincia. Nuſq̃ tamen largius q̃ in baiano ſinu: nec pluribus auxiliādi generibus: aliæ ſulphuris: aliæ aluminis: aliæ ſalis: aliæ nitri: aliæ bituminis: nonnulla etiam acida ſalſaue mixtura. Vapore quoq; ipſo aliquæ proſunt. tātaq; eſt uis ut balneas calefaciāt: ac frigidam etiam in ſoliis feruere cogant: quæ in baiano poſideanæ uocantur nomine accepto a Claudii Cæſaris liberto. Obſonia quoq; percoquūt. Vaporāt & in mari ipſo quæ Licinii Craſſi fuere. Medioſq; inter fluctus exiſtit aliquid ualitudini ſalutare. Iā generatim neruis proſunt pedibuſue: aut coxendicibus: aliæ luxatis: fractiſue. Inaniūt aluos. ſanant ulcera. capiti auribuſq; priuatim medentur. Oculis uero ciceronianæ. Digna memoratu uilla eſt ab auerno lacu puteolos tendentibus impoſita littori: celebrata porticu ac nemore. Quā & uocabat. M. Cicero academiam ab exemplo athenarum: ibi compoſitis uoluminibus eiſdem nominibus. In qua & monumentum ſibi inſtaurauerat. Ceu uero non & in toto terrarum orbe feciſſet. Huius in parte prima exiguo poſt obitum ipſius: Antiſtio Vetere poſſidente eruperunt fontes calidi pq̃ſalubres oculis celebrati carmine Laureæ Tullii qui fuit e libertis eius. Vt ꝓtinus noſcatur etiam miniſterium eius hauſtus ex illa maieſtate: ponam enim ipſum carmen dignum ubiq; & non ibi tantum legi.

Quod tua romanæ uindex clariſſime linguæ
Silua loco melius ſurgere iuſſa uiret.
Atq; academiæ celebratam nomine uillam
Nunc reparat cultu ſub potiore Vetus.
Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ:
Languida quæ infuſo lumina rore leuant.
Nimirum locus ipſe ſui Ciceronis honori
Hoc dedit: hac fontes cum patefecit ope.



# CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER TRICESIMVSSEPTIMVS ET VLTIMVS. PROOEMIVM.

Origo gemmarum.

ET NIHIL INSTITVTO OPERI DEſit: gemmæ ſuperſunt: & in artum coacta rerum naturæ maieſtas a multis nulla ſui parte mirabilior. Tantũ tribuũt uarietati coloribus materiæ decori. Violare etiã ſignis gẽmas nefas ducẽtes. Aliquas uero extra precia ulla taxationemq; humanarum opũ arbitrantes ut pleriſq; ad ſũmam abſolutamq; rerum naturæ contemplationẽ ſatis ſit una aliqua gemma. Quæ fuerit origo gẽmaꝝ & quibus initiis in tantũ hæc ãmiratio exarſerit diximus quodã tenus ĩ mẽtione auri ãnulorũq;. Fabulæ primordiũ a rupe caucaſea tradũt Promethei uĩculoꝝ ĩterpretatiõe fatali. primũq; ſaxi fragmẽtũ incluſum ferro ac digito circumdatum. hoc fuiſſe annulum & hoc gernmam.

DE Gẽma Polycratis tyrãni & Pyrrhi regis: & qui ſculptores optimi: & nobilitates artificũ: & qui primus dactylothecam romæ habuit. Capitulum. i.

HIs initiis cœpit auctoritas in tantum amorem elata ut Polycrati Seuero ſamio inſularum ac littorum tyranno fœlicitatis ſuæ: quã nimiam fatebatur eſſe ipſe ſatis piamẽti in unius gẽmæ uolũtario damno uideret: ſi cũ fortunæ nobilitate paria faceret. Planeq; ab inuidia eius abunde ſe redimi putaret: ſi hoc unum doluiſſet. Aſſiduo gaudio luxus eo ꝓfectus a nauigio in altum annulum merſit. At illũ piſcis eximia magnitudine regi natus eſcæ uice raptũ ut faceret oſtentũ: in culinã domini rurſus fortunæ ĩſidiãtis manui reddidit. Sardonicẽ eã gẽmã fuiſſe conſtat. oſtẽdũtq; romæ: ſi credimus: in Concordiæ delubro cornu aureo Auguſtæ dono incluſã: & nouiſſimus: prope locum tot prælatis optinentem. Poſt hunc ãnulum regia fama eſt gẽmæ Pyrrhi illius q aduerſus romanos bellũ geſſit. Nãq; habuiſſe tradit̃ acathen: ĩ q̃ nouẽ muſæ & Apollo citharã tenens ſpectarẽt̃: nõ arte ſed ſpõte naturæ ita diſcurrentibus maculis: ut muſis quoq; ſigulis ſua redderent̃ ĩſignia. Nec deinde alia quæ tradat̃ magnopere gẽmaꝝ claritas extat apud auctores: præterq̃ Iſmeniã Choraulen multis fugientibuſq; uti ſolitum comitãte fabula uanitatẽ eius in dicto in cypro ſex aureis denariis ſmaragdo in qua fuerat ſculpta Amymone. Et cum duo relati eſſẽt: ĩminuto precio: male me hercules curatũ dixiſſe. Multũ. n. detractũ erat gemmæ dignitati. Hic uidet̃ ĩſtituiſſe ut omnes muſicæ artis hac quoq; oſtẽtatiõe cenſerentur: ueluti Dionyſiodorus æqualis eius & æmulus: ut ſibi quoq; par uideret̃. Tertius q eodẽ tẽpore fuit ĩter muſicos Nicomachus multas gẽmas habuiſſe tradit̃: ſed nulla peritia electas: ſed forte quadã. His exẽplis initio uoluminis oblatis aduerſus iſtos q ſibi hãc oſtentationẽ arrogãt: ut palã ſit eos tibicinũ gloria tumere. Hoc ĩ Polycratis gẽma quæ demõſtratur illibata ĩtactaq; ab Iſmeniæ ætate poſt multos ãnos apparet ſcalpi etiã ſmaragdos ſolitos. Cõfirmat hãc eãdẽ opinionẽ edictũ Alexandri Magni: quo uetuit ĩ gẽma ſe ab alio ſcalpi q̃ a Pyrgotele nõ dubie clariſſĩo artis eius. Poſt eũ Apollonides & Cronius in gloria fuere. Quiq; diui Auguſti imaginẽ ſimilẽ expreſſit qua poſtea principes ſignabãt Dioſcorides. Sylla dictator traditiõe Iugurtæ ſẽper ſignauit. Eſt & ĩter auctores Catienſem illũ cuius patrẽ Scipio Aemilianus ex ꝓuocatiõe interfecerat: pugnæ eius effigie ſignaſſe uulgato Stillonis Præcontini ſale: Quid nã fuiſſe acturũ eũ ſi Scipio a patre eius ĩterẽptus eſſet? Diuus Auguſtus inter initia